AD TUMULUM PETRI PERUZZI EPISC. SEMIN. UTINENSIS PROFESSORIS...

Digitized by Google

35

Digitized by Google

Digitized by Google

AD TUMULUM

PETRI PERUZZI

EPISC: SEMIN: UTINENSIS PROFESSORIS

CATH: ECCL: AD HONOREM CANONICI

CARMEN

IOSEPHUS ARMELLINI

D.

UTINI

EX TYPIS LIBERALIS VENDRAME

M. DCCC. XLI.

Digitized by Google

256

» *Et tumulum facite et tumulo superaddite honorem* »

Digitized by Google

CARMEN.

Edictum tenero fere ab ungui carminis artem
Abs te, Petre, tuum numeris me ornare sepulchrum:
Nunc deceat, magnum et circum deferre dolorem,
Candidulos flores, laudesque in amore profusas.
Est nostrum quod sponte fluit de corde tributum,
Est tibi tam capiti ob virtutum lumina caro
Heu! nimis extemplo crudeli morte perempto.--
Ast quantum miseri nunc funere plectimur uno!...
Butria terra gemet, diro et conterrita casu.
Fusa genas lacrymis, dextris percussa capillos.
Ut mater sæva correptum cuspide natum
Clamat, et assiduo cœlum clamore fatigat.
Fas lacrymare tibi, Petrum jam ferreus urget
Somnus, sed nomen præclara luce nitescit. --
Jam natura tepet, ridet nova temporis ætas,
Mollia prata tument, ereptus frigore primus

Digitized by Google

Flos hiat, et placido resonat jam murmure rivus;
Atque in jucundis olet aura beata viretis,
Illico dum passim spoliantur cuncta colore.
Omne genus florum sol atro lumine vestit.
In colles nemorumque comas nox occubat atra.
In colles, sylvas plenasque virore perenni,
Quorum nunc reboant ululatu et questibus antra;
Dat tandem ingentem gemitum genus omne animantum.
Et tu prima suum audibas, o Villula, carmen,
Carmen dilectum, quod serum vivat in ævum;
Namque olli Latii aluit labrum aurea Musa:
Tu prima infantem suscepisti, longo et amore
Auxisti, extinctum quem frustra nomine clamas,
Et potis es tantæ jacturæ æquare dolorem
Nequaquam verbis.— Insignis gemma Magistrûm,
Urbis erat nostræ decor, atque loquentis ab ore
Nota juventa frequens multis volventibus annis
Ingenuas discendi artes pendebat amore;
Præcipuos etenim Latii sic ore diserto
Auctores explanabat, sic abdita rerum
Indiciis certis labrisque poetica mella
Objiciebat, ut afflatus jam numine visus.

Digitized by Google

Verba tubæ instar erant, igne ora oculique micabant,
Degenerem excuteret prisca ut virtute parentum
Ad patriæ decus, ad verum pulchrumque juventam:
Namque animi dotes, et tot præstantia mentis
Haudquamquam frustra largita a lumine cœli.
Hinc pius, ingenii qui solabatur egenis;
Consilio prudens, constans ac omnibus æquus,
Urgens ignavos, fidentes viribus urgens. —
Tales florebant mores, et candida virtus
In Vate eximio, lacrymis quem tristis honorat
Nunc pia turba comes, in Templo et rite parentat.
Atque diem infaustum proh! qua pietate recordor,
Quo illum mors rapuit nobis; hic semper acerbus
Semper honoratus sit! Religione jubente
Manibus interdum rores a nocte precamur,
Et notet ossa lapis, nostrum et testetur amorem,
Num seri ipsius perquirent busta nepotes.

SS 935167

Digitized by Google

7110

Digitized by Google

Ressources Canada